



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Christi de dæmone victoria sub typo hami extranhentis Leviatham, Iob.
40, n. 1

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Iacob 4. semper familiare sit ei fugere. Quare Iacobi 4. recte dicitur, *Resistite diabolo, & fugiet à vobis:* ad hanc fugam alludit Athanasius ser. de passione Domini, ubi docet arundinem vim habere tollendi serpentes, & datam esse Christo in passione, cum ei milites illuderent; quoniam mysticè Christus persequutus est fugientem draconem diabolum. Hieronymus pulchre in Isa. 27. de hoc colubro fugiente dicit, *Qui, inquit, nunquam fugere consuevit, à Christo effugatur;* addit Hierony. de hoc dracone diabolo dici in lib. Iob: *Adhaeres draconem in hamo, circumdabis capistrum navibus eius.* Statimque; *Hoc est principium plasmatis Domini, quod factum est, ut illudatur ab Angelis eius,* & in Psal. 103. *Draco ista, quem formasti ad illudendum ei.* & Apoc. 12. *Facta est pugna, &c. Et missus est draco magnus coluber antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, &c.* Illud, inquit Hieronymus notandum, quod & in Psal. & in Iob propterea factus dicitur draco, hoc est Leviathan, ut illuderetur ei ab Angelis; unde & Apostoli accipiunt potestatem, ut calcet super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. hæc Hieronymus, hic animadvertendum Hieronymum ibi legere, ut illudatur ab Angelis, cum tamen Iob 40. legatur, *Ab ancillis suis.*

18. His explicatis de gladio Domini, & de serpente Leviathan facile intelligemus, quid

sibi velit vaticinium Isaïæ, quod prædicit Dominus in die illa visitatum se super Leviathan (id est dæmonem) in suo gladio. (id est in humanitate) hanc enim visitationem præstitit in incarnatione, cum ex Virginis sanguinibus humanitatem suscepit, quasi gladio se accingens, quod initio dicebamus. Et hoc est, quod Zacharias pater Præcursoris impletum pronunciauit facta incarnatione, cum dixit: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ;* & hanc visitationem esse contra Leviathan ostendit illis verbis: *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Hanc visitationem per incarnationem contra Leviathan præcabatur à Domino Regius Propheta, cum vineam Dei, id est plebem suam, direptam, & incensam, & per filij hominis, id est Christi visitationem reparandam dicit, & à Christi increpatione hostes vineæ perituros, affirmat, ait enim Psal. 79. *Deus virtutum conuertere, respice de caelo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt, fiat manus tua super virum dexterae tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.*

Isai. 27.
Quomodo
Christus
contra da-
mones illis
visitauit.

Luce. 11.

Psalm. 79.

INSIGNIS VICTORIA QVAM CHRISTVS DOMINVS
de dæmone per carnem à sanctissima Virgine Deipara acceptam
retulit, alijs metaphoris ex sacris literis
desumptis ostenditur.

CAPUT XXIII.

S Y M M A R I V M,

Christi de dæmone victoria sub typo hami extrahentis Leviathan Iob 40. num. 1.
Christi de dæmone victoria sub typo manus eductæ aspudem Isa. 11. nu. 4.
Christus infans multipliciter Satanæ spolia detraxit, num. 5.
Christi in mundum aduentu obmutescunt oracula, num. 10.
Christi de dæmone victoria in Gedeone, qui Ma-

dianitas prostigauit, prafigurata, nu. 14.
Christi de dæmone victoria in Dauide, qui Goliath prostrauit, prafigurata, num. 16.

CHRISTI DE DÆMONE VICTORIA
sub typo hami extrahentis Leviathan, Iob 40.

Hanc eandem serpentis centritionem, atque expulsionem perficiam secundam per Christi humanitatem et meta Iob Viginti ra vultu.

2ia Christi sub typo hamini ieiunio extrahentia. lob 40.

Virgine acceptam alia metaphora, quam nos secundo loco explicandam suscepimus, proponit ipse Deus lob 40. ubi eam naturae viribus impossibilem propter huius serpentis astutias, & efferaas vires; Christo tamen facilissimam per hamum mysticum indicauit illis verbis: *An extrahere* (inquit Dominus) poteris *Leuiathan hamo* & *fune ligabis linguam eius?* quasi dicat, hamo & fune, nequaquam humanis viribus, vel industria, sed Christi Domini virtute preparatis id faciendum esse: vt rectè explicat Hieronymus super Isaia cap. 27. Gregorius libro 33. Moralium, cap. 10. & 12. & alii: *Ante aduentum enim Christi* (inquit Augustinus sermone 197 de tempor.) *solutus erat diabolus; veniens Christus fecit de eo quod in*

Hierony. Gregorius Augustin.

Matt. 22.

Euangelio dictum est: Nemo potest intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem: venit ergo Christus, & alligauit diabolum, ita Augustinus. Sed quomodo id factum est? In hamo incarnationis; Dominica cetus iste, inquit Gregorius, ad omnium hominum mortem inhians, vitam pendè omnium vorans, captus est: in Christo enim erat humanitas tanquam esca, quae ad se deuorantem duceret, & erat ibi diuinitas tempora passionis latens, cuius aculeus mordentem cetum tenuit, & perforauit: dum enim ipse Christo mortem iniuste appetiit, nos, quos quasi iuste tenebat, amisit. ita Gregorius.

Gregorius

S Leo,

Quod idem eleganter sanctus Leo sermone 9. de Passione: Diabolus, inquit, non intellexit, quod sciendo in Christum suum destrueret principatum: sed malitia nocendi auidus, dum irruit, ruit: dum capit, captus est, dum persequitur mortalem, incidit in Saluatorem. & serm. 11. de Passione, daemone omnium captiuorum dicit amisisse seruitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem. Idem habetur ex Augustino sermone citato 197. de tempore, & fusè libro quarto de Trinitate, capite 13. & libro decimotertio cap. 14. Epiphanius quoque hunc hamum dicit esse Christi diuinitatem; in sermone enim de Deipara, sic ait, *Aue gratia plena, hamus esca spiritualis, in te siquidem hamus diuinitas* ita Epiphanius, Virgo autem sanctissima ex iuis visceribus esca hunc hamum vestiuit, de quo Chrylostomus homil. 5. ex variis in Matthaeum locis, *Sicut hamo, inquit, escae praeda posita pisces illudimus, qui auiditate praeda hamo capiuntur, sic & diabo-*

Augustin.

Epiphani.

Chrylost.

lo coningis, dum tantum corpus homini in filio Dei considerat. & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad praeparatam sibi praedam solita rapina festinat: sed dum vult auidius praedam rapere, ipse *Leuiathan, ipse ut piscis adductus, in hamo, praeda Domini captus efficitur.* haec Chrylostomus. De hoc etiam vide Rupertum lib. 1. in Matth.

lo coningis, dum tantum corpus homini in filio Dei considerat. & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad praeparatam sibi praedam solita rapina festinat: sed dum vult auidius praedam rapere, ipse *Leuiathan, ipse ut piscis adductus, in hamo, praeda Domini captus efficitur.* haec Chrylostomus. De hoc etiam vide Rupertum lib. 1. in Matth.

Petrus verò Damianus hoc ipsum eleganter sic explicat: *Ex utero Virginis egreditur Christus vestitus cilicio nostra mortalitatis, & de Virgine virgam, de libro autem generationis lineam faciens, diuinitatis hamum innoxius, quem carnis operuit virginali, ut draco magnus illatus ad carnem, ferrum diuini numini subiensret, haec Damianus.*

2. Sed illud animaduertendum, hamum esse ferreum, ne à pisce consumi possit, aduncum ad retinendum, & acutum ad penetrandum, & perforandum; esca verò solere esse vermem, vel aliquid simile. Et quidem diuinitas Christi veluti ferum est inuincibilis est: quae veluti adunca: ab eius enim manu propter suam potentiam nihil extorqueri, neque elabi potest, & per sapientiam, a qua omnipotentiā est acuta, ut penetret omnia, & perforet maxillam Leviathan, corpus verò Christi sanctissimum, quod veluti esca fuit, huic hamo circumposita quando Verbum caro factum est ex Virgine, vermi quo in piscatione per hamum frequentissimè vii solemus; comparatur, ideo Psal. 21. ex Christi persona: *Ego, inquit, sum vermis, & non homo; quod in sua Conceptione, Passione, ac in Victoria, quam de daemone, & de mundo retulit, facile possumus animaduertere: primò enim ex Euthymio, & ex Ambrosio in psal. 21. vermis absque sexuum commixtione virtute solis ex terra, vel ex ligno aliquo gignitur, ita & Christus ex sola Virgine de Spiritu sancto concipitur, in cuius figuram 2. Reg. 23. Dauid Rex dicitur, quasi tenerimus ligni vermiculus. Secundo, Christus vermi assimilatur in passione, etenim in eum Iudaei veluti in despiciatissimum vermiculum abique villo commiserationis sensu per summam crudelitatem lauerunt, nam erga vermem si ferro in partes dissecetur, si pedibus proteratur, & conculcetur, homines non adeò misericordia tanguntur, sicuti cum haec eadem in animalibus perfectioribus fiunt; ita Christus in tota sua passio-*

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, &

ne, & in atrocissimis, quæ ei intulerunt tormētis, non solum indignissime, verum etiam ab- que vila commiseratione est tractatus nam in eodem psal. 27. vbi minutissima quæque eiusdem passionis persequitur, post verba illa: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, hæc subintulit, Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput, speraui in Domino eripiat eum, &c. Quæ ipsa verba à principibus Sacerdotum cum Scribis & senioribus in Dominum à cruce pendentem per ludibrium iactata commemorat S. Mattheus cap. 27. Quare Bernardus ad hoc spectans de Christo Domino sic ait: *Multa dixit, mira fecit, dira passus est, sustinuit enim in verbis contraditores, in factis obseruatores, in tormentis illusores, in morte exprobatores.* Et quemadmodum vermis tametsi crudeliter diuexatus non stridet, ita & Christus in passione sicut Agnus coram tondeute se obmutuit, & teste Apostolo Petro, cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè.

3. Tertiò ex Euthymio, sicut vermis quamvis tenerimus durissima perfodit ligna, & immunitissimum puluerem ea redigit, ita Christus Dominus per suam passionem, quæ videtur quid infirmum, & quid stultum oculis infidelium, dæmonis vires attriuit, impetium evertit, captiuos quos tenebat in libertatem vindicauit, de tyrannis fidei persecutoribus triumphauit, & mundum ad veram fidem traduxit: quod non incongruè præsignatum videtur in Dauid 2. Reg. cap. 23. qui dicitur quasi tenerimus ligni vermiculus, & statim subiicitur, Ipse interfecit octingentos impetu vno: hoc ipsum conspiciere licet Dauid 2. in lapide illo, qui Christum significabat, vt cap. 7. dixi, & de monte, id est de Virgine abscessus est sine manibus, hoc est absque virili opera; & tamen percussit statuam illam grandem, & sublimem, cuius caput erat aureum, & reliquæ partes ex argento, aere, ferro, ac testa, quæ omnia sunt conuicta, & redacta quasi in fauillam æstiuæ æræ, lapis verò factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, quo ostensum est monarchias omnes in statua illa adumbratas, in Christi potestate futuras. Hinc factum est, vt Christus, qui ex Leone serm. 2. de Epipha. Bethleem prælegerat natiuitati, & Iero-

solymam passioni; caput tamen Ecclesiæ suæ (inquit S. Thomas 3. part. quæst. 35. artic. 7. ad 3. in ipsa Roma, qua caput mundi erat, statuit, in signum perfectæ victoriæ, ut exinde fides derivaretur ad vniuersum mundum, secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabis eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est Apostolorum Petri, & Pauli) hæc S. Thomas.

Denique quod ad rem nostram facit, corpus Christi sacratissimum comparatur vermi, quoniam, vt dicebamus, diuinitati tanquam hamo circumpositum ad capiendum Leuiathan, cetum illum magnum, hoc est diabolus, fuit expositum. Addit Gregorius cap. 12. Huic hamo lineam non defuisse, antiquorum nimirum Patrum propaginem: Cum enim dicitur (inquit Gregorius) Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, & ceteri successores vsque ad Mariam Virginem desponsatam describantur, quasi quadam linea torquetur, in cuius extremo incarnatus Dominus, id est hamus iste ligaretur, qui ad mortem ceti istius in hac aquarum profunditate caliginosa mira, est dispositione suspensus. ita ex Gregorio Hoc igitur hamo esca vestito (humanitas enim vt ait Leo epist. 22. vela men fuit diuinitatis) extractus est truculentus piscis Leuiathan & vt habetur Iob 40. Perforata est etiam maxilla eius, quoniam ut ait Gregorius cap. 13. Quisquis nondum captus est à Leuiathan, maxillam eius fugiat: quisquis verò captus est, & dentibus eius teritur, viam euadendi quarat, quia si peccatum perfectè lugeat, adhuc foramen in maxilla eius inuenit per quod euadat: ita ex Gregorio. Similiter etiam circulus naribus Leuiathan positus, & alia huiusmodi de Leuiathan Iob 40. commemorantur, quæ ad coercendum dæmonis furorem, eiusque impetum frangendum quasi freno iniecto à Christo effecta sunt, ea nos hic studio breuitatis omittimus, ac nimium ab instituto deslectamus.

Dicit verò aliquis, inquit Augustinus sermone 107. de temp. si alligatus est diabolus, quare adhuc tantum praualeat? Verum est fratres charissimi, quia multum praualeat, sed tepidis & negligenteribus, & Deum in veritate non timens dominatur, alligatus est enim tanquam inuictus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit: quàm stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet, Tu te illi per voluptates, & cupiditates seculi noli

S. Thom.

Ipsa, 26.

Linea huius hamus Gregorius

Leo.

Iob 40. Perforata est maxilla damonis.

Iob 40.

Augustin. Cur diabolus ligatus praualeat contra aliquos.

eli noli coniungere, & illa ad te non praesumat accedere, latrare potest, sollicitare potest, nisi voluntatem: non enim cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis consensum, sed potest. ita Augustinus.

CHRISTI DE DAEMONE VICTORIA sub typo manus educantis aspidem. Isa. 11.

TERTIA metaphora est illa, quæ eadem dæmonis de cordibus fidelium ejectione per Christum in Incarnatione, quando adhuc puer erat, sub educantis manus typo significatur. Isa. enim 11. legimus. *Et delosabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet.* quod de Christo dæmonem fugante intelligit Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, & Athanasius sermone de Passione Domini. Cytillat in Isa. 11. Gregorius lib. 17. moral. cap. 18. Verùm hoc ipsum à Christo factum per carnem sumptam à Virgine, pulchre Ambrosius significat in præfatione in psalm. 37. docens quomodo caro Christi facta sit antidotum veneni per carnem olim transfusi: *Antidotum, inquit, facta est caro, quæ erat venenum ante peccati, quia erat illocebra peccatorum. Audi quemadmodum antidotum caro: Dei Verbum factum est caro, misit manum in cauernam aspidum, & venenum euacuaui, peccatum abstulit, id est de peccato peccatum damnauit in carne: quemadmodum dixit Apostolus ad Roman. 8. hæc Ambrosius: quin etiam alia plura in hanc sententiam addit, & Gregorius lib. 17. moral. c. 18. explicans hunc locum occasione similis sententia lob. 26. vbi legitur: *Spiritus Domini ornauit celos, & obstetricante manu eius educit coluber tortuosus. Cauerna huius colubri, inquit Gregorius, corda sunt iniquorum, dum verò Christus diuina pietate corda infidelium tenuit, & ex inde captiuum diabolus traxit, quasi manum, iuxta illud Isa. 11. quod paulo ante memorauimus, ad latibula serpentis misit, quem & aspidis nomine appellat Isaias occulid sanientem, & reguli aperid ferientem. hæc Gregorius. & centè vi huius diuinæ manus obstetricantis, illud factum est, vt in cubilibus in quibus, Isa. 35. prius habitabant dracones, oriatur viror calami, & iunci, & ex insignibus peccatoribus, insignes euaderent Sancti, quod non solum cum initio nascentis Ecclesiæ ex cultu Idolorum,**

ad veri Dei cognitionem traductus est orbis, sed quotidiano etiam experimento fatiscerentem habetur. Hoc autem per manum educentem, id est vt dicebat Ambrosius per Christi carnem in Incarnatione de Virgine sumptam factum videmus.

Nec illud est prætereundum quod Isai. 8. Victoria de Christo adhuc infante, ac de Satana opima spolia referente his verbis prænunciatur: *Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me, voca nomen eius, Accelera spolia detrahere: Festina prædari: quia antiquam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum. Hanc enim Prophetissam Patres Deiparam Virginem esse fatentur, ad quam accessit, leu superuenit Spiritus sanctus, & concepit, ac peperit Christum; ita explicat Tertullianus lib. de Trinitat. vbi animaduertit, Isaiam Prophetico spiritu futurum quasi iam factum prædixisse: cum enim nondum accessum esset ad Mariam, tamen Accessi, inquit, ad Prophetissam. & Eusebius libro septimo de demonst. Euang. cap. 7. verba illa Spiritu sancto tribuit dicenti, se Mariæ Prophetissæ superuenturum. Basiliius in Isa. cap. 8. Mariam, illam Prophetissam fuisse sic probat: *Quoniam, inquit, in eam superuenit Spiritus sanctus, & propheticò afflata spiritu, elocuta est, Magnificat anima mea Dominum, &c. cui consonat Nazianzenus orat. in S. Pascha, Epiphanius hæref. 79. Procopius in Isa. vbi Deiparam ita vocatam docet, quod Spiritus sancti in eam superuenientis particeps esset futura. & Andreas. Cretenfis orat. de Annunc. Benedicte, inquit, tu quam Isaias Prophetissam, & Virginem nuncupauit. & Rupertus in illa verba Cant. 7. *Venter tuus sicut aceruus tritici;* loquens cum Virg. Tu, inquit, es illa Prophetissa, ad quam accessi omnis sanctus, & fidelis Prophecia, ad quam tendebat, & impleta est omnis sancta, & fidelis Prophecia. sic ille. Nomen verò filij huius Prophetissæ, teste Isaià à Domino impositum, quod est; *Accelera spolia detrahere, festina prædari, quia antiquam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum; ad Christum pertinere omnes ferè tradunt, non quod hoc nomine vocandus esset: sed quemadmodum rectè Chrysostronus adnotauit homil. 5. cap. 1.***